Fragmentarium

[p]onit carnē brachiū suū. ⁊ a dn̄o recedit cor eius.
Erit enī q̄si mirice in deserto. ⁊ nō uidebit cū uenerit
bonū. sʒ habitabit in siccitate in deserto: in terra salsugi
nis et inhabitabili. Bn̄dictus uir qui cōfidit in do
mino. ⁊ erit dn̄s fiducia eius. Et erit q̄si lignū qd̄ tra
splantatur sup aquas q[...] humore mittit radices
suas ⁊ nō timebit. cū uen[...]us. ⁊ erit foliū eius
uiride. ⁊ in tp̄e siccitatis n[...] sollicitū. nec aliquan
do desinet facere fructū. Prauū est cor hominis ⁊ in
scrutabile. quis cognoscet illud. Ego dn̄s scrutans cor
et pbans renes. qui do unicuiq; iuxta uiā ⁊ iuxta fr
uctum adinuentionū suar. Dic dn̄s omps. Gr
[P]ropicius esto dn̄e pcc̄is nr̄is ne qn̄ dicant gentes ubi est deus eorū V
Adiuua nos deus salutaris nr̄ ⁊ ppt honorē nōis tui dn̄e libera nos.
[Ill]ud t. Dix. d. i. turbis iudeor. Nō possū S. Johem
[eg]o a me ipō facere quicquā. Sic audio iudico. ⁊ iudici
[um] meū iustū est. q̄ nō quero uoluntatē meā sʒ uolū
tatem eius qui misit me. Si ego testimoniū phibeo de
me testimoniū meū nō est uerū. Alius ē qui testimoniū

1557

1557

License: cc-by-nc – Wien, Österreichische Nationalbibliothek, Cod. 1557, Cod1557_VDS – Missale (https://fragmentarium.ms/view/page/F-cw2c/2772/31598)